¶ Imitatiuū est qđ in so vel in or terminatur. vt patrisso. sororisso. philosophor. poetor. sed illa in so sigñt imitari primatiuū morib⁹: ista aūt in or aliud. vt philosophor studeo philosophiā sigt. poetor poetice vaco. villicor. i. in villa ago vel ville presum. horū aūt forma incerta est. prime tantū coniugationis sunt. Imitatiuum

¶ Uerbū motiuū in so desinit ⁊ nō sigt desideriū sed actū corporis cū significato primatiui. vt viso. nō desidero videre: sed eo vel venio ad videndū. capesso / non desidero capere / sed eo ad capiendū. et sunt oia neutra / cōiugationis tertie. hec quoq; certam formam non habent nec ab omnibus verbis in vsu sunt. Motiuum.

¶ Numeri verborum sunt duo. Singularis ⁊ pluralis.
Singularis est qui suppolito singulari iungitur.
Pluralis est qui suppolito plurali iungitur. Numerus

¶ Persone verborū sunt tres. Prima que suppolito prime persone iungitur.
Secunda que suppolito secunde persone iungitur.
Tertia que suppolito tertie persone iungitur. Persona

Participiū est pars orationis declinabilis pro verbo posita genus ⁊ casus habens ad similitudinē nois / tempus et significationem ad similitudinem verbi.

¶ Participiū dicitur: quia duarum eximiarum partium orationis. i. nominis et verbi vim participat.

Participio accidūt septē. Gen⁹ nūer⁹ cas⁹ tps sigtio spēs ⁊ figura.

¶ Ēna participiorū sunt ātuor. Masculinū. femininū. neutrū. ⁊ cōmune trium. Genus
Masculinum est quod cum substantiuo masculini generis concordatur.
Femineum est quod cum substantiuo femini generis concordatur.
¶ Neutrum est quod cum substantiuo neutrius generis concordatur.
Omne est quod cum substantiuo omnium generum cōcordari potest. Numerus

¶ Numeri participiorū sunt duo. Singularis. q̄ iūgitur substātiuo singulari.
Pluralis qui substātiuo plurali iūgitur. hec et superiora regula habent locū si participia non ponantur substantiue.

¶ Casus participiorū sunt ser / vt in nomine. Casus.

¶ Tempora participiorū sunt tria. presens. preteritum. ⁊ futurum.
Tempus presens est quod in ans vel in ens desinit. vt amans. docens.
Preteritū est qđ in tus / sus / xus / vel nus desinit. vt amatus. visus. nexus. mortu⁹. Tempus.
¶ Futurum est duplex. prius et posterius.
Futurum prius est quod in rus desinit. vt amaturus.
Futurum posterius est quod in dus desinit. vt amandus.

¶ Participiū p̄ntis tpis formatur a prima persona singularis nūeri p̄teriti tpis impfecti modi indicatiui bam bar vel ram: cōuertan in s. vt amabā amās. poterā potens. loquebar loquens. demūtur p̄ens ⁊ absens / ⁊ iens ab ibā. ⁊ quiēs a quibā cū cōpositis que formāt gerūdia in endi. do. dū. ⁊ gtim participij p̄sentis tpis in euntis: preter ambio qđ facit ambiendi ⁊ ambientis / ⁊ superbio qđ facit superbiendi ⁊ superbientis. Formatio participij p̄sentis.

¶ Participiū preteriti tpis formatur a posteriore supino / addita s. vt amatu amatus. preter mortuus a morior. Preteriti.

¶ Participiū p̄tis futuri formatur a posteriori supino / addita rus. vt amatu⁹ demūtur nasciturus de nascor. ignosciturus ab ignosco. futur⁹ de sum ⁊ fio. quod de formatione est prioris futuri / ⁊ significatione posterioris futuri. Prioris futuri.

Excipiunt etiā q̄dā ẋba prime cōiugationis q̄ faciūt supina in itū vel citū ci / q̄ mutāt in aturus. vt dñaturus. fricaturus. ⁊ ẋbale in atio: vt dñatio fricatio.

¶ Participium posterioris futuri formatur a preterito singulari presentis participij temporis / tis in dus mutata. vt amantis amandus. Posterioris futuri.

¶ Ab actiuo et neutro supina habētibus duo nascūtur participia / alterū presentis temporis. vt legens currens. Alterū prioris futuri. vt lecturus. cursurus.
Ab aliis tamē que carent supinis vnicū nascitur participiū: presentis tpis. vt a

timeo timens. a studeo studens.

¶ A neutris aũt circũlocutione in preterito pfecto in modũ passiuorũ habẽtib⁹. tria descendũt participia. presens preteritũ ⁊ primo futurũ. vt a gaudeo gaudẽs gauisus gauisurus. a ceno cenans cenatus cenaturus.

¶ A neutris vero transitiuis quattuor descendũt participia. vt ab aro arãs aratus araturus arandus.

¶ A passiuis quorũ actiua habẽt supina/duo nascũtur participia. alterũ ꝑteriti alterũ posterioris futuri. vt ab amo: amar⁹ amãd⁹. Ab his tñ passiuis quorum actiua supinis carẽt tñ vnicũ nascit participiũ. posterioꝛ futuri. vt a timeo: timẽd⁹. ¶ A cõi. iiij. nascũt participia. vt a largior largiẽs largit⁹. tur⁹. largiend⁹

¶ A deponẽti tria descẽdũt participia. vt a loquor loquẽs locutus locuturus.

¶ Omnia verba que carent supinis carent participijs que ab eis formantur.

Significatio. ¶ Significatio participij est qualitas qua cognoscitur an actiue/an passiue/an communiter significet vox participij.

¶ Sigtiones participiorũ sunt due. actiua et passiua. participia igit q̃ a vbis vim actuã habẽtib⁹ deriuant actionẽ sigñt: q̃ vero passiuam sigñt passionem.

¶ Dicẽdũ tñ nõnulla ex his preteritiperfecti ⁊ pluscẽpfecti tpis aliqñ solã actionem significare ⁊ fere oia a deponẽtib⁹. aliqñ tã actionẽ ꝙ passionẽ. vt oia que a cõmunibus deriuant ⁊ a neutris quibusdã. vt prensus ⁊ cenatus. ⁊ a deponẽtib⁹ aliquot. vt auxiliatus meditatus locutus medicatus comitatus imitatus: ⁊ plura. illa vero futuri in dus omnia passionem significant.

Verbum cõmune q̃uis agat et patiatur
Sola per ans ens rus tamen actio significatur.
Dus patitur tantũ sed præteritũ dat vtrũq;.

participia ꝑteriti tpis actionẽ aliqñ sigñt. ¶ Participia in subiectis versibus sub voce passiua actiuã habent sigtionem.

Actiuum sensum passiua voce tenebunt
Hæc, circũspectus consy(q;)derata disertus
Cautus & argutus ignotus sic quoq; tutus
Contentus falsus tacitus profus & inde
Scitus discretus iuratus complacitusq;
Excretos exoletos defectus adultus.

Quedã participia ꝑsentis tẽporis passionẽ significant. ¶ Hoc participiũ euidẽs ⁊ ea q̃ a neutris passiuã sigtionẽ habẽtibus nascuntur sub voce actiua passiuã habẽt sigtionẽ. vt vapulãs exulãs frigẽs calẽs. ⁊ hmõi.

¶ Quedam sunt que cũ formam participiorum habeant (quia carent tempore) sunt nomina vicenda/non autem participia.

Nola participijs similia

Participo similes sunt hæc voces galeatus
Scutatus iungas tunicatus pi(q;)leatus
Baccatus caligatus iunge manu(q;)cleatus
Estq; paludatus penulatus siue togatus
Prætextatus cum trabeatus iunge comatus
Addas crystatus braccatus cum soliatus
Hastatus stellatus sic lunatus itemq;
Littera dans atus & quædam terminat itus
Turritus cum cerritus pellitus & utus
Astutus simul hirsutus cornutus habebunt.

participiũ differt a gerũdio. ¶ Participia a gerũdijs differũt. gerũdia sigñt rei administrationẽ sine tẽpore.

participia vero cum tempore.

¶ Participiū trālit in vim nois ꝙq modis. Primo mutatiōe cōstructionis qñ cōstruit cū alio casu ꝫ ei⁹ vbū. vt amās virtutē/participiū est. amās virtutis/ nomen est. alieni appetēs. sui profusus. Scōo tpis amissione: qñ nullū tps sigt. vt amās ꝙ amore captus est. miseri sunt oēs amātes. Tertio cōparatiōe. vt amās amātior amātissimus. Quarto cōpositione. vt innocēs. indoct⁹: qñ participium cōponit cū prepōne quacū vbū nō cōponit. Quinto mutatiōe sigti. vt amād⁹ qñ sigt nō eū ꝙ amabitur: sed eū ꝙ est dign⁹ amari. vt merito Laudād⁹ Cicero. que mutatio etiā in participio actiui futuri aliqñ fit. Seneca de naturalib⁹ questio nib⁹ nullā quidē mētionē fecit cometarū ptermissur⁹ si ꝯd explorati apud illos pgusset. ptermissurus dixit p eo qō est talis ꝙ ptermitteret: nec tps sigt/sed qualitatē hois ⁊ animi voluntatem. ¶ Sciendū aūt q⁹ quō participia pteriti tpis cōiūcta cū vbis pñtis tpis pteritū tps sigt. vt lectus es/lectus est. Sic participia pñtis tpis si pūgant vbis pteriti aut futuri tpis preteritū ⁊ futurū tps sigt. vt amans feci. aduertens audiam.

participium transit in vim nominis.

ADuerbiū est pars oōnis indeclinabilis ꝙ adiecta participijs gerūdijs vel supinis significationē eorum explanat.

¶ Aduerbiū ꝺr: ꝙ stat ad verbū. hoc est iuxta verbum.

¶ Aduerbio accidūt ōttuor. Species/sigtio/cōparatio/⁊ figura.

Spēs aduerbior sunt due. ꝓmitiua: vt nup. derīatiua: vt nuptime.

Species.

¶ Derīatiuor spēs sunt decē. Denotatiua ꝓnotatiua cōparatiua suplatiua diminutiua verbalia simul ⁊ notalia participalia aduerbialia ⁊ ꝓpositionalia.

Denominatiua aduerbia sunt ꝙ a nob⁹ nascūtur. hec aūt a ꝓprijs nob⁹ nascūtur. vt a Tullio Tulliane. aut ab appellationib⁹. vt a duro duriter. aut a vocabulis. vt ab ostio ostiatim.

¶ Nomen autem vnius appellatio multor⁹. vocabulum vero rerum est.

Aduerbia pronominatiua.

Pronotatiua aduerbia sunt ꝙ a ꝓnoīe nascūt. vt ab iste ⁊ hic istic. ab ille ⁊ ħ illic.

Cōparatiua ⁊ suplatiua aduerbia sunt quoties appellationes a qb⁹ veniūt ꝓparant. vt docte doctius doctissime. Et qñ nō possunt oia aduerbia recte cōparari supplem⁹ cōparatiū ⁊ suplatiū cū his aduerbijs magis ⁊ maxie iūcto positiuo. vt magis rite/maxime rite. in diminuendo aūt cū his aduerbijs min⁹ ⁊ minimū. vt minus rite/minimū rite.

Cōparatiua. Superlatiua.

Diminutiua aduerbia sunt que a primatiuo derīantur. vt a tarde/tardule. a tardius tardiuscule.

Diminutiua.

Uerbalia aduerbia sunt ꝙ a verbis nascūtur. vt a curro cursim/rapio raptim.

Uerbalia simul ⁊ notalia sunt ꝙ a noīe simul ⁊ a verbo nascūtur. vt a pede ⁊ tento pedetentim.

Uerbalia.

Participalia aduerbia sunt que a participijs sine participialib⁹ veniūt. vt a decens decenter.

Participialia.

Aduerbialia aduerbia sunt ꝙ ab aduerbijs nascūtur. vt a dū dūcul⁹. sepe sepi⁹.

Aduerbialia.

Prepositionalia aduerbia sunt ꝙ a prepōnib⁹ veniunt. vt ab extra exteri⁹. ab ob ⁊ iter obiter signo statim ⁊ specialiter.

Prepōnalia.

¶ Que efferunt.

¶ Nota scōe declinationis formāt aduerbia a dtō casu: o in e mutato. vt a doct⁹ docto docte. Sz cōtra hāc regulā multa sepi⁹ vsurpauit authoritas. ꝙdā enim dtō casu formāt aduerbia in o. vt falso. sedulo. ꝙdā in er ⁊ in e. vt a duro duriter vl dure.

Formatio aduerbiorum.

A secūda declinatione.

¶ Nota adiectiua tertie declinationis formāt aduerbia a dtō casu / addita ter. vt a mollis molli molliter. audax audaci audaciter vel audacter. Hinc tñ excipiuntur facilis qō format facile ꝓ facili. difficilis difficiliter ꝓ difficiliter. participia ⁊ participijs similia mittūt a dtñ singulare in i/versa i/im er formāt aduerbia. vt sapienti sapienter. prudēti prudēter. ois oino ꝓ oñiter. insup ter a trib⁹. quater a quattuor. aliter ab alius. sublimis sublime sublimiter. obiter aūt tātisper parūper paulisper. ⁊ id genꝰ alia cōposita sunt.

A tertia declinatione.

¶ Hec aduerbia que sequuntur tam in er ꝙ in e efferuntur.

Humane dure ferme large atq; benigne.

Prosperiter pure vel abunde siue seuere
Atq; probe ignaue vel auare siue proterue
Festiueq; noue sic asperiter vel amice.

In ane. ¶ Propria nola scõe declinationis formant aduerbia a casu ablatiuo/o mutata in a/ꝛ addita ne. vt a Tullio tulliane.

Quedã appellatiua prime declinationis formant aduerbia a casu abltõ assumpta tim. vt a regula regulatim. caterua cateruatim.

Appellatiua scõe declinatiõis ab abltõ hmõi aduerbia formãt/o mutata in a ꝛ addita tim. vt ab ostio ostiatim. a viro tñ fit viritim. a furto furtim. a stricto strictim. a singulis singulatim/vel sigillatim. a primus prima primũ primatim. ab annuio annuatim.

In tim. Appellatiua tertie declinationis formãt hmõi aduerbia ab abltõ/e mutata in a ꝛ tim assũpta. vt a grege gregatim. ab agmie agminatim. a capite capitatim

Appellatiua qnarte declinatiõis formãt hmõi aduerbia ab abltõ/u mutata in im. vt a statu statim. a singultu singultim. a raptu raptim.

¶ Quedã nola prime declinationis formãt aduerbia ab abltõ casu/a mutata i i/ꝛ tus addita. vt medulla medullitus.

Quedã scõe declinationis in abltõ mutãt o in i/ꝛ tus addita. vt a celo celitus. a fundo funditus.

In itus. Quedã tertie declinationis in abltõ mutant e in i/ꝛ tus assumpta. vt radice radicitus. stirpes stirpitus.

Significatio. Significatio aduerbij est q̃litas que per sigtũ vnũ aduerbiũ ab alio discernit.

Significationes aduerbioꝝ sunt multe. aut en loci/aut tpis/aut numeri. ꝛc. vt infra patebit.

Aduerbia loci sunt. hic illic istic hac quo q̃ vbi intus ꝛ foris intro ꝛ foras obuiã.

Aduerbia localia. aut in loco sigñt/aut de loco/aut per locum/aut ad locum/aut versus locum/aut vsq; ad locum.

In loco. Aduerbia sigñtia in loco sunt ista. hic istic illic intus foris ibi ibidẽ alibi alicubi/vsq; nusq; sicubi necubi nũcubi vbiq; vbicũq; supius inferi⁹. ꝛ habẽt suũ q̃sitiuum vbi. Ad hanc sigtionẽ referri possunt ꝓpria nola vbiũ vel pagoꝝ sigñtia i loco aduerbialiter in gtõ siue dtõ posita. vt fui Padue ꝛ Carthagini.

De loco Aduerbia sigñtia de loco sunt ista. hinc illinc istinc inde aliunde sicũde necunde alicunde superne inferne vndiq; vtrinq;. hec habẽt suum quesitiuũ vnde. Ad hãc significationẽ referri possunt nola ꝓpria vbiũ vel pagoꝝ sigñtia de loco aduerbialiter in abltõ posita. vt venio Roma.

Per locum. Aduerbia sigñtia p locũ sũt ista. hac illac istac alia aliq; illa ea siqua nequa q̃cũq; quauis vtraq; vtrauis. Hec habẽt ꝓpriũ q̃sitiuũ qua. Ad hãc sigtionẽ referri possunt ꝓpria nola vbiũ vel pagoꝝ sigñtia p locũ aduerbialiter in abltõ posita. vt transeo Roma. veni Roma. ꝛ nõnunq; in actõ cũ p ponũtur. vt veni p Romã.

Ad locũ. Aduerbia significãtia ad locũ sunt ista. huc illuc istuc intro foras vsq; nusq; eodẽ siquo nequo alio aliq; vtroq; quouis quocũq;. Hec habẽt suũ q̃sitiuũ quo. Ad hãc significationẽ referri possunt ꝓpria vbiũ vel pagoꝝ significãtia ad locũ aduerbialiter in actõ posito. vt vado Patauiam.

Uersus locũ. Aduerbia sigñtia versus locũ sunt ista. horsum istorsum illorsum dextrorsum sinistrorsum deorsum retrorsum seorsum aliorsum neqrsum deorsum ꝛsus sursum vel sursum ꝛsus/vtroq; versus/quoquo ꝛsus. ꝛ habẽt suum q̃sitiuũ quorsum.

Nola tã ꝓpria q̃ appellatiua significãtia versus locũ ꝓ nolb⁹ in actõ ponuntur/ postposita versus. vt vado Romã versus. locum versus. Marcum versus.

Usq; ad locum. Aduerbia significãtia vsq; ad locũ vt vsq; ad tps sunt ista. hactenꝰ hucusq; istucusq; illucusq; vsq; nũc quonãusq; ꝛ hmõi. hec habẽt suũ quesitiuum quousq;.

Nola propria vbium vel pagoꝝ significantia vsq; ad locũ ꝓ nolbus in accusatiuo ponuntur cum vsq;. vt vado vsq; Romam.

Sũt q̃dã aduerbia localia q̃ nõ ad vnã solã/sed ad varias sigtiones referri pñt. vt peregre pone supra infra super extra vltra citra. vt pegre trãseo. pegre venio.

¶ Que sunt aduerbia tpis: hodie nunc nuper heri cras aliq̃ olim tunc quũ dũ tam semp mane modo vesperi tantisper aliquãtisper interdum.
Que numeri: semel bis ter quater nonies decies vicies millies.
Que ordinis: unde deinde deinceps denicz demũ postea preterea primũ primo secundo vicissim quod et separandi est.
Que negandi: haud nec̃non minime neutiq̃ nequaq̃.
Que affirmãdi: etiam quidni profecto quippe certe scilicet.
Que optandi: vtinã osi vt o etiã pro vtinam.
Que concedendi: licet esto.
Que adulandi: sodes amabo.
Que iurandi: pol castor mehercle medius fidius.
Que demõstrandi: en ecce eccum eccam.
Que interrogandi: cur quare quãobrem quid qui vtrũ nũ non nunquid.
Que dubitandi: forsan forsitan fortassis fortasse.
Que prohibendi: ne.
Que euentus: forte fortuito.
Que similitudinis: quasi seu tanq̃ vt velut veluti sic sicut sicuti put pinde adl.
Que vocandi: vt heus ehodum.
Que respondendi: heu.
Que congregandi: simul vna pariter communiter.
Que elegendi: potius immo.
Que hortandi: eya age agite.
Que separandi: seorsum vicatim vtrinq̃ sigillatim semote paulatim sensim.
Que qualitatis: bene pulchre olno care viliter misere morose pperã expedite.
Que quãtitatis: multũ plus minus parũ satis nimium nimis valde.
Que comparandi: tam et q̃ magis maxime.
¶ Gradus cõparationis sunt tres. Positiuus/cõparatiuus/et superlatiuus.
Que sunt aduerbia positiui gradus: docte pulchre fortiter.
Que cõparatiui: doctius pulchrius fortius.
Que superlatiui: doctissime pulcherrime fortissime.
¶ Multa exp̃dictis aduerbijs q̃ varia sigñt/sub variis speciebꝰ aduerbijs locari possunt. vt hic põt et q̃ esse aduerbiũ et loci. et sic de multis alijs.
¶ Figure aduerbiorũ sunt tres. simplex: vt diu huc. cõposita: vt interdiu adhuc. decõposita q̃ a cõpositis deriuãtur. vt a benignus benigniter. a misericordia misericorditer. ab indocto mdocte. ab efficaci efficaciter. Figure.

Intro foras verbis quæ signant ad loca motum
Coniungi poscunt, alijs iungas foris intus.

Intus et foris intro et foras hoc interssunt. intro et foras iungũtur ẏbis aut participijs sigñtibus motũ ad locũ. intus vero et foris iũguntur ẏbis aut participijs significantibꝰ permanentiam aut motum in loco. Intus intro. Foris foras.
¶ Aduerbia loci possunt poni pro aduerbijs temporis. sed non econuerso.

Dictio vocali finita vel s sibi subdit
Sæpe ne pro nũquid e vel s sed demere debes.

¶ Ne dictioni in vocali finienti/aut s litera terminãti solet adiũgi et tũc nunq̃ significat et e vel s apocopat. vt mihin. i. mihine. dixin. i. dixine. viden. i. videsne. censen. i. censẽ ne. idq̃ apud Terentium in vsu frequenti est. Ne cũ dictione in vocali finita
Nõ et nũ idem sigñt: sed hoc interssunt. qñ ẏo fit interrogatio p nõ id verũ existimo qꝫ querit. Verg. Nõ ego te vidi Damonis pessime capũ excipere/ qñ ẏo fit interrogatio per nũ/ supppontimus id falsum esse qꝫ queritur. Non et num.

Affirmat non pro nunquid quærendo negat num,
Non ego te vidi, num mea dicta negem?

¶ Indies et quotidie hoc interssunt. Indies semp verbis incremẽtũ signifi cãtibus et comparatiuis iungitur. quotidie vero istis et alijs Indies ẽtidie.

Quottidie iungi quæuis sibi verba reposcunt.

Preterea. Inq; dies medius gr⁹dus, incrementaq; signans.

Obuiam. ¶ Preterea insuper sigt ⁊ preter eũ/eam/id/eos/eas vel ea.

¶ Obuiã est aduerbiũ ⁊ semp iũgitur verbis motũ ad locũ signtib⁹. vt venio tibi obuiã. i. obuio tibi. q̃ sñia multis aliis modis dici potest. vt obuio tibi. obuius sum tibi. obuiũ me tibi fero. obuiũ fortuna me tibi obtulit. occurro tibi.

Scilz. Videlz. ¶ Scilz ⁊ videlicet videntur significare id qđ certe. sed fere per quandã amaritudinem ⁊ derisum. Interdũ etiã sine ea. interdũ posit relatiuũ quomodo quidẽ. poni solet nõnun ꝓ ⁊ ante vel sine relatiuo. vir tamẽ apud doctos reperies vulgo vsitatissimum modum.

¶ Protinus cõtinuo ⁊ statim sigñt subito vel cito. sigñt etiã nõ ideo quãdo iunguntur negationi. vt non continuo/furti aliquis accusetur/damnare eum ut dex debet. i. non ideo.

Necesse Necessario. Paulominus. ¶ Necesse ⁊ necessario hoc intersunt. necessario qlibet sibi verbũ adiũgere põt. necesse ẏo tm̃ verbũ substãtiuũ. vt necessario oẽs morimur. necesse est oẽs mori. me in terra. Paulo minus due dictiones. angl (a lytle lesse). Idẽ. Minuisti eum paulo minꝰ ab angelis. Quatinꝰ i/scriptũ ꝓ vt ponit. cũ e/qm̃ vel quantũ sigt.

Dum. ¶ Dũ tria sigt. tãtũ modo donec ⁊ q̃diu. ⁊ qñq; quasi syllabica adiectio est. vt ad esdũ ehodũ agedũ. Sed dũ pro q̃diu indicatiuo/ꝓ donec cõiunctiuo seruit.

Minus ¶ Minus aduerbiũ cõparatiui gradus cũ positiui noie iũctũ facit sigñtiũ cõtrariũ. Teren. hoc nemo fuit minus ineptus. i. prudentior. minus etiã ꝓ nõ ponitur qñ iungitur cũ sin. vt sin minus. i. si non: ⁊ cũ quo. vt quo minus. i. vt non.

Quoad. Usquequo ¶ Quoad sigt quousq; q̃diu quando et quantum.

¶ Usq; quo penultima correpta sigt vndiq; q̃diu donec simul ⁊ aliquando.

¶ Simul significat pariter ⁊ postq̃.

Non solum. Non modo. Non tantum. Isthæc non solum non tantũ nõ modo poscunt,
Sed vel verum etiam iungi vel sed quoq; post se.
Quod minus est poniq; prius, maiusq; subire.
Vt res non tantũ, sed pro te animã quoq; fundã.
Maius vult præ se nedum minus & sibi subdi.
Vt vitam pro te nedum res fundere possum.
Cũq; negans iunctũ his structura reciproca fiet.

Nedum. Nedũ pro nõ solũ ponitur: sed nedũ nunq; vsurpatur nisi quũ de duob⁹ loquimur quorũ alterũ maiꝰ/alterũ minus est: ⁊ minori semp i posteriori parte ꝓponit. nõ solũ in pori parte ponit. vt nõ solũ vulnerauit patrẽ/sed etiã interfecit. dicendũ ꝙ nedũ: patrẽ interfecit nedũ vulnerauit. Et qñ negatiũ cũ his iũgitur reciproca fiet cõstructio ⁊ tũc maius precedet nõ solũ ⁊c. ⁊ minꝰ seq̃tur. vt nõ solũ nõ te amo. sed ne diligo quidẽ. hic scientiã nõ sibi comparat nedũ virtutẽ non colit.

Quãprimũ. Modo. Quãprimũ sigt celeriter ⁊ postulat vnũ verbum. cũprimũ vbiprimũ ⁊ vtprimũ. anglice (as soone as) duo verba postulant.

¶ Modo sumitur pro aliqñ pro solum modo ⁊ pro iamnunc.

Coniunctio est pars orationis indeclinabilis dictiones vel sentẽtias annectens.

¶ Coniunctio dr a ꝙiũgendo: quia vel dictiones vel sententias simul coniungit.

Potestas. ¶ Coniunctioni accidunt tria. Potestas/figura/⁊ ordo.

¶ Potestas cõiunctiõis est qualitas q̃ ei⁹ sigñtionẽ officiũq; in oratione ostendit.

¶ Potestas coniunctionis in decẽ ⁊ octo partes diuisa est: vt infra patebit.

¶ Coniunctiua est que sensus ⁊ verba coniũgit. vt disertus ⁊ sapiẽs fuit Cicero.

¶ Copulatiue cõiunctiones sunt iste. ⁊ q̃ atq; at ac ast quoq;.

¶ Disiunctiua est que q̃uis dictiones coniungat sensum tamẽ diuidit. alterum affirmans: alterũ vero negãs. vt tu es doctus vel indoctus.

¶ Disiunctiue coniunctiones sunt iste. aut ve vel ne nec an neq; seu siue. Hec autẽ in tres partes diuiditur. in subdisiunctiuã/dubitatiuam/⁊ interrogatiuam.

¶ Subdisiunctiua est que licet vocẽ habeat disiunctiuam vtrũq; tñ esse significat. vel simul. vt Alexander siue Paris. vel discrete. vt tota die legit vel scribit.

¶ Dubitatiua est que cũ nota disiunctionis dubitationem significat. vt aut pro deest aut non.

¶ Interrogatiua est que cũ nota disiũctionis dubitationẽ cum interrogatione significat. Uerg. Eloquar an sileam?

¶ Interrogatiue coniunctiones sunt iste. an ne necne anne nonne.

¶ Expletiua que et cõpletiua dicitur est que ornatus causa vel metri nulla significationis necessitate ponitur. vt enimuero daue.

¶ Expletiue vel cõpletiue cõiũctiones sunt iste: quidẽ eẽdẽ vero aũt quoq; sciz nimirũ, pfecto. Hec aũt in duas partes diuiditur. i approbatiuã/⁊ distributiuã.

¶ Approbatiua est que rem approbat ⁊ affirmat. vt equidem merui.

¶ Distributiua est que diuersis diuersa distribuit. vt ego lego/tu vero dormis.

¶ Electiua est que ex diuersis propositis aliq̃d elegi ostendit. vt diues volo esse magis q̃ pauper.

¶ Electiue cõiunctiones sunt iste. q̃ ac ⁊ atq; quando sumuntur pro q̃.

¶ Aduersatiua est que aduersum cõuentienti sig̃t. vt q̃uis neges peccatũ cõstat.

¶ Aduersatiue cõiũctiones sunt iste. sed tamẽ q̃q̃ q̃uis etsi tamẽsi/etiamsi/at verum quando pro sed ponuntur.

Abnegatiua vel exceptiua est q̃ rem aliqua causa impeditã fieri non posse ostẽdit. vt nisi adesses nihil comederem.

Abnegatiue vel exceptiue cõiunctiones sunt iste. ni nisi q̃n alioquin preterq̃.

Diminutiua est que diminutionem sig̃t. vt si non potes legere saltem scribe.

Diminutiue cõiunctiones sunt iste: saltem/ne/nec/at/aut/⁊ vel pro saltem.

Causalis est que causam vel ordinẽ rei precedentis adsequentẽ significat.

Causales coniunctiones sunt iste. q; quapropter q̃n q̃ppe eni eteniã nãq; quãdoquidẽ siquidẽ quatenus vt q; ne neu neue ii quũ ⁊ quãdo sumpta pro quia.

¶ Hec aũt in quattuor partes diuiditur. in cõtinuatiuã/subcontinuatiuã/adiũctiuam/et effectiuam.

Continuatiua que et conditionalis dicitur est que continuationẽ cũ dubitatione (iuncta indicatiuo) ostendit. vt si stertit dormit.

Subcontinuatiua est que causam continuationis non cum dubitatione rerum essentiam ostendit. vt qui ambulat mouetur.

Adiunctiua est que sic esse vel nõ esse dubitans subiũctiuis adiũgitur. vt si veneris multa commoda feres.

Effectiua est que ex causa precedentẽ sig̃t effectũ. vt domus fortis est nam ex ligno ⁊ lapide fidele constat. Hec tamẽ pot reduci ad subcontinuatiuam.

Collatiua rationalis vel illatiua est/que ex premisso sermone rationẽ ostendit. vt tu es homo ergo mortalis.

Collatiue rationales vel illatiue coniunctiones sunt iste. ergo ideo igitur ⁊ atq; proin proinde quocirca propterea idcirco.

Eadẽ cõiunctio pro varia sua sig̃tione. modo illius/modo alteri⁹ est potestatis.

¶ Figure cõiunctionũ sunt due. Simplex. vt at/sed/enim. Cõposita. vt atq;/sed enim eni enimuero. Ordo cõiunctionũ est qualitas demonstrans que preponi/que vel subiungi coniunctio dẽbeat.

¶ Ordo coniunctionis est triplex. Prepositiuus/subiunctiuus/⁊ cõmunis.

Prepositiuus ordo est in quo coniunctiones precedunt ea que coniungũt.

Coniunctiones ordinis prepositiui sunt iste. at ac ast sed atq; aut vel ne neq; ceterum enimuero verũ si quin quatinus sin seu/siuen nisi etnam.

Subiunctiuus ordo est in quo postponuntur cõiũctiones iste q̃ coniungunt.

Conjũctiones ordinis subiũctiui sunt iste. q̃ ve ne aũt quidẽ quoq; verũ ⁊ enim.

Figure.

Ordo.

Et ponit/trib⁹ modis.

Cõmunis ordo est in quo nũc preponitur nunc postponitur cõiunctio.
Coniunctiones ordinis cõmunis sunt reliquæ omnes.
Et ponitur ꝙnq; modis. Primo modo copulatiue. vt homo ⁊ animal. Scõo causa tus causa ponit. vt ⁊ prudens ⁊ fortis fuit cesar. Tertio disiũctiue. vt legere ⁊ non intelligere est negligere. Quarto successiue. vt bibit ⁊ comedit. Itẽ Jesus sedebat sup pullũ ⁊ sup asinã. i. aliqñ sup pullũ/⁊ aliqñ sup asinã. Quinto expositiue ꝙ id est. Ouidius. Hãc deus ⁊ litem meliorem natura diremit. ij. melior natura. ¶Itẽ multifariã multisq; modis cꝫ ꝙ id est ponit. ⁊ est figura Epexegesis qñ dictio vlterior sequẽs exponit precedẽtẽ. vñ Ebrardus. Est Epexegesis exponẽs dicta priora.

Cõiũctio copulatiua tribus modis inter diuersos casus ponitur.

¶Cõiũctio copulatiua tribus modis discopulat. Primo mõ qñ dictiones copulam claudẽtes eandẽ cõstruendi rõnẽ non habent. vt hic liber est meus ⁊ fratris mei. Cicero erat eloquẽs ⁊ magni ingenij. Scõo qñ sequitur dictionẽ varios casus exigentẽ. vt tu es dignus laude ⁊ premio. Tertio qñ mediat inter duo nomina eorũ diuersi numeri aut declinationis. vt Cicero floruit Rome ⁊ Athenis.

Encletice cõiũctiones.

Ordinis & medij, semperq; est postpositiui.
Encleticæ voces q; pro &, ne pro an, veq; pro vel.
Scribi & proferri cum vocibus immediate
Præiunctis debent, simul vltima syllaba vocis.
Quæ præit ijs acui, debent ipseq; grauari.

Et ⁊ cꝫ.

¶Et ⁊ cꝫ hoc intersunt penes ordinẽ. Nã et interponitur/cꝫ vero postponitur. cũ sit vox enclitica ⁊ facit syllabã precedẽtẽ acui ⁊ seipsam grauari.
¶Cõiũctiones enclitice sunt tres. q; pro ⁊ ne pro an/ve pro vel. ⁊ pferũtur immediate cũ dictionib⁹ precedẽtib⁹ tanq; syllabice adiectiones. vt tuq;/tune/tuue.

Ac simul atq; notat q̃, post secus ac aliorsum
Post aliter, medioq; gradus generis quoq; neutri.

Ac atq;.

¶Ac ⁊ atq; qñ ponuntur pro aliter aliorsum vel secus: accipiunt pro q̃. vt aliter est ac dicis. Uergilius. Haud secus ac iussi faciunt. ⁊ sepe post cõparatiuos gradus neutrius generis.

Dic vel pro q̃uis etiam saltem quoq; siue.

¶Uel sumitur pro etiã/pro saltem/pro siue/et q̃uis.

Ne signat valde, vel certe, non, simul vt non.
Quum signat nunquid/vox est encletica semper.

Ne.

¶Ne ponitur pro certe. Teren. Ne iste haud mecũ sentit. Pro nõ/qñ iungit imperatiuo modo. vt ne pete firmatas pacis dissoluere leges. Pro vt non/vel q̃ nõ. vt oro ne facias. Qñq; interrogatiue ponit pro an: ⁊ tũc semp postponitur enclitice. vt tune ille es Eneas? Et est imperatiuꝰ huiꝰ verbi/neo/nes. Ponitur etiã pro valde. Terentius. Faciunt ne intelligẽdo: vt nihil intelligant. hoc est valde ⁊ curiose intelligendo.

Nec neq;. An.

¶Ne dubitatiue siue interrogatiue ponit cũ nec pcedẽte. vt sic facã necne ignoro. Pro annon sed an superuacue tunc additur: sic. ignoro an faciam necne.

Nec neq; quum gemine verbũ plurale reposcunt.

¶Nec ⁊ neq; cũ duob⁹ suppositis singularib⁹ geminate verbum exigũt plurale. Teren. in adel. Hec si neq; ego neq; tu fecimus nõ sinit egestas facere nos.
¶An interrogatiue frequẽter ponitur: qñq; tamen dubitatiue. vt dubito an viuat an mortuus sit.

Q̃ signat quantũ gradui iunctum positiuo.
Atq; superlato valde, ni quando sequantur
Hæc. possum valeo queo tunc quantũ quia signat.

q̃ pro quãtũ ⁊ valde.

¶Quã iunctũ positiuis quantũ sigt. Qñ autem iungitur superlatiuis idẽ est qꝫ

valde: nisi sequatur aliquod istoꝝ verborũ: possum valeo aut queo. qꝛ tũc ꝑ sigt quantum. vt ꝑ breuissime potero sententiam rescribam.

Quin etiam signat, qui non, cur non, simul & non.

¶ Quin trifariam accipitur. Primo pro quinetiã siue atq; etiã idq; fere cũ indicatiuo. Scõo pro vt non vel qui non seu quominus. et id cũ subst̃atiuo. Tertio ꝑ cur non: id aũt interrogatiue et cum indicatiuo. Quin.

Si pro vtinam sumas pro non sic pro quia q̃uis,
Finito seruit si certum quando notabit,
Incertum signans coniunctiuum sibi poscit.
Si prius exposcit, sin posteriusq; locari.

¶ Si sumitur pro non, pro quia, pro ꝙuis, ꝛ pro vtinã. Si quando ponitur dubitatiue coniũctiuo seruit. quando vero non indicatiuo. Si ꝛ sñ hoc intersunt. Si priori oratioñi iungitur, sin autem posteriori. Si multa sigt.

¶ Siquidem. i. certe. siquidem. i. quia.

Etsi cum tametsi q̃q̃ q̃uis licet vsu
Distant, illa modo primo tria iunge priora.
Principio & libri sententiæ epistolij ve.
Postposita interdũ a nihilo pendere reperta.
Postponi semper duo posteriora reposcunt
Et coniunctiuum raroq; modũ sibi primum.

¶ Quã ꝑ, etsi, tametsi, ꝑmet clausule semper iũgi postulãt. ꝛ vt plurimũ indicatiuo seruiũt. licet ꝛ ꝙuis primas refugiũt clausulas: indicatiuo ꝑ rarissime seruiũt. Etsi. Tametsi. ꝙ ꝙ. ꝙuis.

Disiunctiua secat sensus, iungit quoq; voces.

¶ Cõiunctiones disiũctiue voces iungũt: sententias vero disiũgũt. ¶ Porro significat vero, aũt. ꝛ interdũ lõge, valde, certe, postea, ꝛ vltra: ꝛ tũc aduerbialiter.

Seu pro vel petit s, pro sicut scribito per c.

¶ Seu s, scriptũ, vel sigt. Ceu c scriptũ, sicut. ꝛ aduerbiũ similitudinis est. Seu. Ceu.

¶ Neu ꝛ neue sigñt vt non. Verg. Neu populũ antiqua sub religiõe tueri. Ouid. Neue operis famam posset delere vetusti. Neu. Neue.

¶ Ceterũ et verũ nota coniunctionaliter posita sunt ꝑ sed. vtrũ nomẽ pro coniunctione interrogatiua etiam ponitur. Ceterum. Verum.

¶ Ita aduerbiũ affirmãdi est, ꝛ aduerbiũ similitudinis. ꝛ cõiunctio rationalis. Ni. Nisi.

Quippe relatiuo qui pulcre iũgitur & quum.

¶ Quippe eleganter iungitur huic relatiuo qui, que, qõ. ꝛ huic aduerbio quũ. vt quippe qui, quippe quum. Preterꝙ.

Ni nisi præterq̃ similes connectere casus
Assoleant, præter quartum semper sibi poscit.

¶ Ni nisi preterꝙ et preter hoc intersunt. ni nisi ꝛ preterꝙ. copulãt casus. preter vero accusatiuum postulat.

Prepositio est pars orõnis indeclinabilis que aliis partib⁹ orõnis in appositione velin cõpositione ferme preponitur.

¶ Prepõ dr a preponẽdo: qꝛ ceteris partib⁹ orõnis suũ est ꝑponi. ꝑter tenus, q̃nunꝙ in appositione nec i cõpositione prepositã inuenitur: qõ ñ fieri cõtra prepõnis naturam Aelius attestatur.

¶ Prepositioni accidunt tria. scz Casus, figura, ꝛ ordo.

¶ Casus prepositionis sunt tres. gtus, actus, ꝛ abltus. non enim q̃ prepositiones casum regunt: sed (Sulpitio teste) casui deseruiunt. Prepõnes regũt tres casus.

¶ Prepões deseruientes genitiuo casui sunt iste. Pridie, postridie, et tenus.

De præpositionibus.

¶ Prepõnes deseruientes accusatiuo casui sunt iste. ad/apud/ante/aduersum/aduersus/cis/citra/circũ/circa/contra/erga/extra/infra/inter/intra/iuxta/ob/pone/per/prope/propter/fm/post/trans/vltra/supra/preter/circiter/vsq;/versus secus/penes/pridie/ꝛ postridie.

¶ Prepositiones ablatiuo deseruientes sunt iste. a ab abs cum coram clam de e ex pro prepalam sine absq; tenus.

¶ Prepõnes que nũc actõ nũc ablto deseruiunt sunt iste. in sub super ꝛ subter.

In/sub/super/et subter.

¶ In sub super ꝛ subter/qñ iunguntur verbis aut participijs significãtib⁹ motũ ad locum/accusatiuus: quando ꝺo alijs/ablis iunguntur.

¶ Super cũ contiguatione plerũq; vult actiñ. aliter ablatiuum.

Prepõnes separabiles ꝛ inseparabiles.

¶ Prepõnũ alie sunt semp separabiles/alie semp inseparabiles/alie vero cões.

Prepõnes semp separabiles sunt iste. apud penes fm absq; sine. cũ q̃busdã alijs.

Prepõnes semper inseparabiles sunt iste. am di dis re se co con.

Reliquę nunc separabiles nunc inseparabiles inueniuntur.

¶ Figura prepositionis est duplex. Simplex. vt abs. Cõposita vt absq;.

¶ Ordo prepõnis est qualitas demonstrans que preponi/que ve supponi prepositio debeat

Ordo.

¶ Ordo prepõnis est triplex. Prepositiuus/subiunctiuus/ꝛ cõmunis.

Prepositiuus ordo est in quo prepositio suo casuali preponitur.

Subiũctiuus ordo est in quo prepositio suo casuali postponitur.

Communis ordo est in quo prepositio nunc preponitur/nunc postponitur.

Ordinis subiunctiui sunt iste. ⁊ siue/vsq;/tenus. Cũ ordinis est cõmunis. Cetera vero (nisi cõtra acciderit aliqñ licentia poetica) sunt ordinis prepositiui.

¶ Cũ postponitur ablis istorũ pronoim. Me te se nobis et vobis. ꝛ ablto huius relatiui qui/que/quod.

Potestas ꝓpõnis in cõpõne.

¶ Quã vim habet prepõ in cõpositione/aut cõplet/vt preclarus. aut mutat/vt pius impius. aut minuit significatum. vt tristis subtristis. aliqñ tamen posita prepositione in compositione/compositum pro simplici ponitur.

¶ Si due prepõnes casuali precedãt posteriꝰ casum reget. vt veni de vltra mare/de postfectantes accepit eum.

Postpositum sexto iungas tenus & genitiuo
Qui rerũ est geminũ sic singlariq; carenti. Perottus.

Tenus cũ gtõ. vel ablto.

¶ Tenus cũ ablto cõstruitur. Ut in illo Uergiliano. Summo ten⁹ attigit ore. Et cũ gtõ plurali qui est rerũ geminarũ. Uerg. Et crurũ tenus a mẽto palearia pendent. Uel nominũ carentiũ singulari numero. vt Athenarũ tenus. Quidã tamen dicunt illũ gtiñ poni loco ablatiui more grecorũ/qui carent ablatiuo.

Tenus significat vsq; ad. vt collo tenus. i. vsq; ad collũ. aurium tenus. id est vsq; ad aures.

Were ꝓpõnes.

¶ Were prepõnes ꝛ aduerbia hoc interssunt. Were prepõnes sunt ille/q̃ casibus seruiũt: ꝛ sine illis in appositione. i. extra cõpõnẽ congrue poni nõ põt. vt ad de.

¶ Aduerbia casualia sunt que etiam casibus more prepositionũ seruiunt/ꝛ sine casibus posita aduerbia sunt. vt pone subit coniunx coram data copia fandi.

Ad signat iuxta contra pro pręter apudq;
Circiter & propter pro valde & cõparat vsq;.

Ad.

¶ Ad sumitur pro iuxta. vt habitat ad flumina. i. iuxta flumina. Pro aduersum/vt ad in aduersor. Pro cõtra. vt ad hostes pugnat. i. cõtra hostes. Pro circiter. vt ad tria millia. i. circiter tria millia. Pro propter vt ad quid venisti. i. ꝓpter q̃d. Pro pro. vt ad tempus. i. pro tẽpore. Pro valde. vt ad in admiror. Et pro in comparatione. vt nihil est ad fratrem. i. in cõparatione fratris.

Signat apud iunctum personis cum inq; aliquando.
In signat iunctum cum nominibusq; locorum.

Apud.

Apud aliqñ sumit⁹ pro in/ꝛ pro cũ. Pro in qñ iungitur noib⁹ locorũ. vt apud forũ. i. in foro. Pro cũ qñ psonis iũgit⁹. vt apud magistrũ. i. cum magistro. Et nõnunq;

iunctũ cum personis significat in. vt apud Terentiũ. i. in Terentio.

Ante locum tempus personam significanti
Præiungas, sed personæ tantummodo coram.
Præ signat propter necnon quandoq; præesse,
Omnibus adde palam, iũgas genus id reliquisq;,
Aduerbi in morem/pone interdum sine casu.

Ante coꝝ̃ pre et palam hoc intersunt. Ante preponit̃ nois̃bus sig̃nti⁹ locũ/tẽpus aut pſonã. coꝝ̃ vero tñ pſonis. pre aliqñ notat causam/vt pre dolore. i. ppter dolorẽ. aliqñ preeminentiã: vt pre ceteris pre aliis. Palã vero signo vniuersali preponitur. vt palam omnibus. ⁊ aliqñ profertur sine aliquo casuali. vt dic palam.

Ante.
Coram.
Pre.
Palam.

Cis fluuij aut montis proprijs dato, citra alijsq;
Interdum ponas ornate pro sine citra.

Cis⁊ citra hoc intersunt. Cis semper iungitur nominibus propꝝis fluuiorꝝ aut montium. citra vero aliis.

Cis
Citra.

Nominibus iungas aut temporis aut numerorũ
Circiter, ast alijs circum circave quibusuis.

Circiter circum ⁊ circa hoc intersunt. circiter iungitur nominibus numerorum aut temporis. circũ ⁊ circa vero aliis.

Circiter.
Circa.

M perdit circum vocalis quando sequatur,
Consona quũ sequitur circum tunc m retinebit.
M mutatur in n quoties sequitur c d q t.

Circũ qñ cõponitur cũ dictione incipiente a vocali m abiscit. vt circueo circumamictus/circuitus/circumornatus. si vero cũ dictione incipiente a cõsonãte cõponat̃ m manet integrum: nisi c d q t/sequatur: tunc m mutatur in n.

Circũ i cõpõne

Aduersum aduersus contra erga in diuidit vsus.
Erga sume bonam in partem, contraq; malam, sed
Aduersum aduersus simul in sumas in vtranq;.

Aduersum aduersus/cõtra erga/⁊ in idẽ sig̃nt. vsu tamen sic differunt. Erga eni semper in bonã partem sumitur. Cõtra in malã partẽ. aduersus aduersum ⁊ in/tã in bonã partẽ q̃ñ i malã sumi possunt. ¶ Extra ponitur aliqñ ꝓpter. Teren. in phor. Neq; cognatus extra vnã ancillulam quisq; aderat. extra. i. preter.

Aduersus
Aduersum.
Contra.
Erga.
In.

Ob signat propter quum sumitur appositiue,
Sed signat contra vel circum in compositura,
Et veteres legimus pro ad posuisse, vel obire.

Ob in appositiõe sig̃t ppter. Virg. Cuius ob auspiciũ infaustũ moresq; siniſtros. in cõpositione vero contra vel circũ significat. vt obambulo/occurro.

Ob.

Per signat valde quoties cum nomine iunctum est
Signat cum verbo iunctum vel participante
Ad finem, siue in toto producere quicq̃
Appositum propter signat sic per mediumq;.

Per in cõpositione iunctũ cũ nois̃bus significat idẽ qõ valde. cũ verbis aut partiꝑtijs finire significat⁊ interdũ ꝓpter sumitur. vt apud Teren. Neq; per etatem tamen potuerat. ⁊ per aliqñ sumitur priuatiue. vt perfidus.

Per.

Nunc post, nunc iuxta, nunc pro notat inq; secundum,

Secundum.

¶ Scõm multa ſigt. Primo ſigt poſt. vt ſm Platonẽ loqr/ ſm Pithagorã diſputo. aliqñ ſigt iuxta. Verg. Dulcib⁹ ille quidẽ illecebris et plena ſecundũ flãmã: accepit vulñ ſm aurẽ. i. iuxta aurẽ. ſumĩ etiã qñq; p p. vt ſm telitẽ do. ſm me iudica. i. p me te. ſm etiã pro in ponitur. Cicero ſm q̃etẽ viſus eſt repẽte. i. in q̃ete.

Trans in cõpoſitis perdit nihil, his niſi demptis.

Trano traijcio trabea & traducere trado.

Trans. ¶ Trãs in cõpoſitione manet integrũ: q̃nq; dictionib⁹ exceptis. trano/as. traijcio/cis. trado/is. traduco/cis. ⁊ hec trabea. i. veſtis regalis. de trans ⁊ beo/as.

Præter cõpoſitum verbo iuxta notat, atq;

Caſibus appoſitum ſignat niſi vel ſine contra.

Preter. ¶ Preter ꝓpoſitũ ſignificat iuxta. vt preterfluit. Preter niſi ⁊ ſine/ ⁊ qñ cõtra ſigt. Terentius. Ut preter ciuũ morẽ atq; legem ⁊ ſui voluntatem patris tamẽ hanc habere ſtudeat cum ſummo probro.

Pro. Pro ſignat propter, valde, in, iuxta, atq; ſecundum.

¶ Pro ſumitur pro in. vt pro tribunali. i. in tribunali. pro propter. vt p precibus pro iuxta vel ſm. vt pro viribus. pro valde. vt in pronereor.

Præq; notat propter, præ comparat & notat ante.

Pre. ¶ Pre aliqñ ſumĩ pro valde. angl. (out taken) vt p̃ diues (outtaken ryche) ⁊ interdũ p ante. vt pre ceteris amauit. i. ante alios. aliqñ vero in cõparatione. Terent. hic illũ pre me cõtempſit. i. in cõparatione ad me. interdũ p ob vel ꝓpter. vt non poſſum dormire pre dolore dentiũ. i. ob vel propter dolorem dentium.

Nominibus proprijs iunctum poſtponitur vſq;.

Appellatiuis iunctum præponitur vſq;.

Vſq. ¶ Vſq; iunctũ nominib⁹ appellatiuis preponitur caſuali. vt vſq; ad monaſteriũ. vſq; aũt iunctũ noib⁹ ciuitatũ vel vrbiũ/ ſemper poſtponitur caſuali. vt Lõdinũ vſq; (vp to London) Couentriam vſq;.

Appoſitum notat in ſuper contra vſq; ad & inter.

Pro erga cõpoſitũ non valde intra ad quoq; contra.

In. ¶ In ſumitur pro valde. vt apud Terentiũ: incurius. i. valde curius. p nõ aut priuatiue. vt iniuſtus. i. nõ iuſtus/ imprudẽs. i. nõ prudẽs. p inter: vt mediſq; in millib⁹ ardet. i. inter millia. pro cõtra: vt in hoſtes. i. cõtra hoſtes. p ad: vt in os dicam. i. ad os. pro p: vt in monumentũ dedi. i. pro monumẽto. ⁊ aliqñ ſigt ad locum/ in loco: ad perſonam ⁊ in perſona.

Sub notat ante ſupra prope in necnon per ad infra.

Compoſitumq; ſuper, nunc aufert, diminuit nunc.

Sub. Sub ſumĩ pro ſupra. vt ter flumina ſubiecta reluxit. p infra: vt ſubiecit candã. p prope: vt deinde ſub ipſo ecce volat. pro in: vt ſub ingenti tẽplo. p ante: vt ſub luce. p p: vt ſub noctẽ cura recurſat. ⁊ aliqñ ſignificat ad locũ: vt poſteq; ſub ipſos. aliquãdo in loco: vt ſub luce maligna. ⁊ in cõpoſitiõe modo localem vim retinet: vt ſubdico. modo diminutiuam: vt ſubrideo.

Iſta ſuper ſignat de valde deſuper atq;

Inſuper atq; ſuper ſupereſt pro ſignat & vltra

Super ¶ Super ſumitur pro de: vt multa ſup Priamo rogitãs. p pro: vt nũ ſuper imperio mouear. p inſuper: vt ecce ſuper meſte magna Diomedis ab vrbe. p deſuper vt ſuper vallo proſpectans troes. pro ſupereſt: vt neq; enim lingua ſuper vlla periclitor. ⁊ pro vltra: vt ſuper garamantes ⁊ indos bibi ſatis ſuperq;.

Ex ab e ſimul a de ſenſu non variantur

Sed varie iungantur enim tunc dicimus ab cum.

De interiectionibus.

Dictio quæ sequitur quando incipit l/r/s/aut i,
Abs tunc dicatur t q si quando sequatur.
Præpones alijs ex eq; sonantibus a de.

¶ Am significat circum. vt amplector. i. circūplector.
¶ Di significationem habet separatiuā. ꝛ iūgitur dictionib⁹ a cōsonātib⁹ incipientibus preter c/p/s/t/vel i consonantem. Am. Di.
¶ Dis sig̃tionē habet separatiuā. vt dispono discedo. ꝛ iūgit dictionib⁹ a/c/p/s/vel i consonante incipientib⁹. vt discedo/dispono/dissentio/distraho/disiūgo. f/ vero sequēte mutatur in eam. vt differo. Dis.
¶ Re sig̃t retro: a quo per apocopen videtur factum. vt respicio. Re.
¶ Se sig̃tionē habet separatiuā. vt seduco. ꝛ abnegatiuā: vt securus. i. sine cura. Se.
¶ Con significat simul. vt cōpono/comparo. Con.

Interiectio est pars orationis indeclinabilis interiecta alijs partibus orationis ad exprimendos animi affectus.

¶ Interiectio dicitur ab interiacendo: quia alijs orationis partibus est interiecta.

¶ Interiectioni accidit vnum. potestas vel significatio.

Potestas vel sig̃tio interiectionis est qualitas que mētis passionē ostendit. Potestas interiectionis.

¶ Potestates seu sig̃tiones interiectionū sunt varie. alie sunt gaudētis: q̄ animi leticiā sig̃nt. vt euax/haha/he. Alie dolentis: que luctū vel dolorem sig̃nt. vt heu/eheu. Alie timētis: que panorē aut timiditatē sig̃nt. vt atat. Alie admirātis: q̄ animi admirationē sig̃nt. vt pape. Alie deridētis: q̄ derisum sig̃nt. vt hui. Alie indignātis. i. irascētis: q̄ animi indignationē seu irā sig̃nt. vt vah. Alie exclamātis que affectū animi ad exclamationē significāt. vt oh/eho. Alie execrātis: q̄ execrationem significant. vt veh malum/multo malo.

¶ Quia eadē vox interiectionis varios affectus significare pōt sub varijs spēb⁹ interiectionis inuenitur. vt ah gaudētis/dolētis ꝛ timētis interiectio esse pōt.

¶ Multe partes orationis interiectiue poni solēt. nomē per se. vt malū infandū nomen cū prepōne. vt prohnepos/prohpudor. Pronomē cū adiectiuo. vt me miserū. aliqñ integra oratio non solum latina: sed etiā vernacula. vt proh deum atq; hominum fidem. ha Jesu mercy/ha good lorde ꝛc.

FINIS.

Londini in ędibus VVinandi de Vorde vicesimo quinto supra sesquimillesimū nostræ salutis anno, Mēse Ianuario.

wynkyn
de

THE END OF

TITLE De octo p
ofatoni

AUTHOR Whittinto

LIBRARY Bodlei

LIBRARY REF. NO. Maso

ORDER NO 10301. s



UNIVERSI

ANN ARBOR

OF

partibus

LS.

ton. R. DATE. 1525.

lam.

son. H. 7.

S.T.C. 25504



RSITY MICROFILMS

BOR MICHIGAN